PETRI FABRI, CONSILIARII REGII, LIBELLORVM EX-MAGISTRI, ET IN SENATV TOLOSANO PRÆSIDIS, AD TIT.

de diuerſis regulis iuris antiqui, ex libro Pandectarum Imperatoris Iuſtiniani quinquageſimo,

Commentarius:

EX REPETITA EIVSDEM AVctoris prælectione plurimis in locis auctus & accuratè illuſtratus.

CVM INDICIBVS COPIOSISSIMIS.

PARISIIS,
Apud Ægidium Beyſium, via Iacobæa, ſub inſigni Lilij albi.
M. D. LXXXV.
Cum priuilegio Regis.

SVMMA PRIVILEGII.

AVctoritate Regia ſancitum eſt, ne quis *Petri Fabri Conſiliarij Regij, libellorum exmagiſtri, & in Senatu Toloſano Præſidis, ad Titulum de diuerſis regulis iuris antiqui Commentarium, &c.* imprimat, aut alibi impreſſum in hoc regno diuendat, præter Dionyſium Duvallium Academiæ Pariſienſis Librarium & Typographum, aut eos quibus id iuris conceſſerit: hócque omnibus perinde clarum, notum, indictum habeatur, ac ſi Regij diplomatis ſentẽtia operis initio præfigatur, finíve poſtponatur. Qui ſecus faxit, librorum confiſcatione, & pœnis Regio diplomate declaratis multabitur. Datum Pariſiis vltima Septembris 1584.

De conſilij ſententia

Signatum,

POVSSEMOTHE.

PETRVS FABER IACOBO CVIACIO IVRISCONSVLTO PRÆSTANTISSIMO, CONSILIARIO REGIO,

S. D.

SCRIPTIONEM *intermiſi fateor, & ex mora (mi Cuiaci) contraxi culpam: ſed qui neque debeam neque velim vlla in offenſa apud te eſſe, hiſce literis meæ ceſſationis veniam poſtulo: quam vt facilius impetrem, ecce deprecatorem ad te mitto veterem amicum, penè dixi domeſticum atque familiarem. Eſt enim apud te Biturigibus (vt tute ſcis) primùm ſatus atque formatus, cùm tu nobis vnà commorantibus tecum, ſed currentibus tamen ad iuriſprudentiam quotidianis & recitationibus & præceptionibus præires viam: Quo nomine dici non poteſt, quantopere tibi me obſtrictum eſſe ſentiam. Eum aliquanto pòſt tempore, impetu quodam animi percitus (quem commune cum æqualibus mihi ſcribendi cacoethes commouebat) partim etiam amicorum efflagitatione ſuperatus in lucem emiſi: aut potius ex Aula Regia munereque obeundo meo reuerſus, properanter & raptim (Aulico more ſcilicet) effudi. Quamobrem, ſi non informem quidem illum, imperfectum, viſu vel vagitu nouum, vt agnoſci abs te, mihi prodeſſe ad laudem aliquam non poſſet: minus profectò habitum, minúſque elegantem edidi: talémque exire neſcio quo modo, atque in manibus hominum aliquandiu verſari ſum paſſus: donec me tandem eius miſertum fuit. Quid quæris? cœpi habere apud me, fouere in ſinu, in eum inclinare ſæpius, ac mecum circumferre denique: vt impenſius indulgerem laboranti. Alui verò interea & ſaginaui athleticè per aliquot annos, aut, ſi mauis, baſilicè: paratis vndique magno labore (qui ſumptus meus eſt) condimentis cibiſque lautioribus, & minimè caſtrenſibus: plurimis etiam ex tua literaria penu depromptis, quæ omnigena ingenijs doctrinæ auidis alimenta eáque exquiſita & rara ſufficit. οὐ γὰρ εἰ ὅ τι ἐν τοῖς βιβλίοις οὐ μόνον ἀπόρρητα ἐκλέγων, ἀλλὰ καὶ ἱστορῶν, vt cum Athenæo dixerim. Ad extremum nuper etiam compſi bellè at-*

AD TITVLVM
DE DIVERSIS REGVLIS IVRIS ANTIQVI, EX LIBRO PANDECTARVM DN. IVSTINIANI QVINQVAGESIMO.

PETRI FABRI TOLOSANI, REGII CONSILIARII LIBELLORVM EXMAGISTRI, & in ſenatu Toloſano Præſidis, Commentarius.

Ius antiquum: Cuius regulæ quædam omiſſæ à Triboniano proponuntur.

A IN HOC titulo agitur de his quæ ſuperioribus libris regulariter (vt ait Iuſtinianus[a]) definita ſunt; neque verò de omnibus, ſed de quamplurimis ac diuerſis quæ ad ius antiquum pertinent, id eſt, ad ius illud, quod Iuliani, Papiniani, Pauli, Vlpiani, ac cæterorum Iuriſconſultorum tempore obſeruabatur. Quod ab Iuſtiniano ius vetus, antiquæ leges, ius antiquum appellatur in multis locis[b], & in cõfirmatione Inſtitutionum[c]: vbi ait omne ius antiquum à ſe collectum eſſe quinquaginta Digeſtorum ſeu Pandectarum
B libris, & in hoc loco. Nam hic titulus, vt & ſuperior proximus de verborum ſignificatione, Triboniani eſt: cùm nõ ſit veriſimile in libris edicti perpetui (ad cuius tamẽ imitationem totum ius in certos titulos digeri voluit[d] Imperator) Saluium Iulianum de ſignificatione verborum, aut iis quæ per totum iuris ciuilis corpus fuſæ ac diſperſæ ſunt, Regulis ſingillatim tractaſſe. Ius deniq; antiquum nobis eſt in hac rubrica, nõ modò quod Iuliano antiquum fuit: ſed & quod Iuliano, & cæteris qui cum cõſecuti ſunt Iuriſcõſultis, nouum, & fortaſſe per Imperatorum conſtitutiones introductum: Iuſtiniano autẽ antiquum eſt. Quamobrem quod Seueri & Antonini Impp. conſtitutione definitum fuit, Meliorem nõ etiam deteriorem noſtram per
C ſeruos conditionem fieri poſſe, id à Iuſtiniano[e] antiqua regula iuris, vel (vt eſt in vetuſtiſſimo codice) antiqua regula dicitur: & ideo ponitur ſub titulo De diuer. regul. iur. antiq. l. melior 133. ĵ. hoc tit. Denique edictum perpetu-

a l. 1. C. de ver. iur. enuc. ſic regulariter definire in l. ſi ſeruus fructuarius. alias eſt §. ſed & ſi quis ſtipuletur. ſ. de vſu fructu.

b l. vnica. C. de emen. cod. l. j. C. de vet. iur. enuc.

c §. igitur poſt libros.

d l. j. §. cùque hæc materia. C. de vet. iur. enuc. iuncta l. j. §. vt initio. §. an autem. & §. deinde adiecit. ſ. de poſtulan.

e l. vlt. §. vlt. C. de acq. poſ.

Vſumfructum capitis diminutione amitti, quomodo ſit intelligendum 331,b
Vſuræ propter quid ſoluantur 177,e
Vſuræ à tutoribus quando exigantur 405,b
Vſuræ ex quo tempore petantur 358,d
Vſuras in bonę fidei cōtractibus ex mora deberi 187,a
de Vſuris legatorum ac tutelæ 405,b
Vſus ceſſus nō legatus, & inter viuos cōſtitutus 70,a
Vſus ab vſufructu differt 69,b
Vſus pars an conſtitui, vel deberi per ſtipulationem poſſit 653,a
Vterinorum & ſpuriorum ius 47,a
Vti poſſidetis interdicto quemuis iure agere 503,c
Vtile debitoris legatum quando dicatur 78,d
Vtile dominium poteſt accedere directo 588,e
Vtilitatem communem in iure conſtituendo vel reddendo maximè conſiderari 729,a
Vxor ſi maritum, vel contrà ſi maritus vxorem occiderit, an dotem lucrentur 502,d
Vxor ducta quando dici debeat 157,a

F I N I S.

Errata ſic reponito.

Pagina 4, verſu 10, periodo f. 9, 1. Valentia. ibid. 20, caueat. 36, 26, reſtituendi. 53. 44, niſi qui reſcit. 45, 43, alienandae. 53, 19. aſtringenda. 65, 7, cert natura. 75, 30. pro ferat. 77, 5. ſtando. 122. 16. ſtatuſionē praeſtat. 141, 20, ſtipulationis. 150. 6, donatori, 157, 9, et Antoninus Imperator deſinit. 167, 37, et ad nani. 181, 15. in explicāda. 185, 1. conditione. 186, 16. quam. 189, 29. cauſa [illegible]. 203, 45, [illegible]. 214, 8. [illegible]. 208, 35. perſonam. 213, 26. admiſerit. 222, 25, donator, 225, 31. [illegible]. 285, 1. [illegible]. 287. 42. [illegible]. 305, 2. verum. ibid. 37, [illegible]. 312. 18. quidque. ibid. 42, [illegible]. 331. 43. [illegible]. 345. 41. [illegible]. 351, 8. [illegible]. ibid. 28. allegatur. 363, 8. reſcripto d. l. [illegible]. 371. 25, [illegible]. 375, 31, [illegible]. 380. 10, [illegible]. ibid. 35, [illegible]. 382, 11. [illegible]. 388, 17, illa 389, 16. aliam eſſe. ibid. 42, efficiunt. 390. 43. [illegible]. 399. 35. [illegible]. 401, 6. [illegible] habent. 401, 8. teneatur quandiu. 403, 10. cauſa eſſe. ibid. 39. quaeritur. 420, 31. appellationem dictus. 422, 1. [illegible] adhuc pateret. 423, 20. [illegible]. 431, 10. [illegible]. 433, 18. [illegible]. 435, 20. [illegible]. 436, 11. perſona. ibid. 25. [illegible]. ibid. 18. [illegible] patiatur. 445. 29. [illegible]. 450. 43. [illegible]. 456, 33. [illegible]. 460. 13. [illegible]. 461. 1. [illegible]. 463, 17, verum eſt [illegible]. 469. 14. falſi. 471. 15. [illegible]. 492, 8, plurimis. 494. 11. [illegible]. 503. 44, retinere. 508. 22. [illegible]. 513. 6. quid ſi. 518. 27. & propterea. 536, 18. allegat. 538, 21, dele [illegible]. 550. 14, [illegible]. 561, in margine litera c. Lex iudiciorum. 563, 21. [illegible]. 564, in margine litera l. tractatum ad Africanum. 566, 29, inducendas. 567, 16, patiatur et. 568, 24, [illegible]. 570, 6, cauſa [illegible]. ibid. 43, [illegible]. 574, 36, [illegible]. 577, 27, [illegible]. 583, 37, [illegible]. ibid. 39, iudicium. 587. 43. [illegible]. ibid. 44, dele [illegible]. 595, 42, deficiens. 597, 1, [illegible]. 599, 37, [illegible]. 601, 7, propter [illegible]. 602, 19, [illegible]. 605, 31, quaeratur. 635, 30. [illegible]. 653, 15, [illegible]. ibid. 26. [illegible]. 660. 23, contraria. 662. 21, [illegible]. 667, 9, [illegible]. 668, 10, [illegible]. 669, 7. [illegible]. ibid. 18, [illegible]. 675, 17, [illegible]. 682, 21, [illegible]. 683, 21, [illegible]. ibid. 30. [illegible]. 689, 35, conditionem. 694, 24, [illegible]. 704, 10, [illegible]. 705, 43, [illegible].

Pariſiis excudebat Dionyſius Duvallius
Typographus, anno Domini
M.D.LXXXV.